

In Primis duplicem professionem quam triplicem bonorum omnium opinione mereris Fooli Doctissime, eo tibi animo gratulor, quem tibi studiis rebusque tuis addictissimum nunquam desines experiri. Notari deinde libet, ut quando nunc rei Mathematicae etiam ex officio vacas, ejus quae de radio refracto est partem nemini satis incultam serio tibi commendatam esse patiaris; ut tandem vel a rei desperata sabulo tollamus universi manum, vel quod ab industria sperantium tua est, ingentis atque arcanae gloriam Bataviae vindicemus. Ab Italis quod ambitiose pollicentur tantum nihil adeo magnum expecto, ut vel superare omnes, si hoc agas, vel paria cum illis facere, quam facillimis non possis. Quorum alterum ubi successerit, uti olim in Telescopij invento, Divisae laudis honorem cum acutissima gentium possidebimus. Aliquid mecum super circa Theoriam istam communicavit Viri stupendus Albertus Girardus, quicum utinam collatis consiliis, una aliquando ut scribens adduci possis! Terrae globum manere, si detur ubi steterit, ambo valetis. Quaedam ille perfunctorie et quodammodo Mechanice observare ceperat, quibus, ni fallor, amplioris saltem indaginis ansam peritorem dedit. At nudis refractionum incrementis ac horum proportionibus incuberat. Ego vero etiam aliquando hic Physici requiro, et de causarum causis mihi ab origine satis fieri velim. Haec tibi Provinciam bonis auribus desumito nisi Fooli, et quae te per insignem eruditionem tuam, tentare libeat, quatenus in naturae abdi abyda permeari possit. Non levis operae praetium feret non paenitendum. Utilitatem publicam cujus in hac parte studiorum amplissima seges est, praeter laudis accessionem, unico promovetis, tum bonos omnes, et si vel hoc tanti est, me virtutis tuae perpetuum aestimatorem, strictissime devinacris. Virtuti libellum quem, quod pace tua licuerit, a Brosterhusio commodato extorsi, una nunc remitto incultae latinitatis autorem, et ut suspicari licet, Empiricum magis, quam valde mathematicum. Adde Lomazzi de Pieturae librum, quo mea gratia amplius hactenus quod carueris, amplius tibi debeo.

Vale

Vale Vir Amplissimo et me amas, qui ex catarrho domi detentus,  
otium ista chartis illudo. Hagæ Comitij. 19. Decembris 1629.

Hospiti, Hospitæque amicissimi cogatis  
salutem plurimam exopto.

Vallensio.

(112).  
Quando sic statuisse videris Vir Doctissimo, ut amicos Hagæ  
nisi in discrimine valetudinis non invisas, oportet ipsi  
eminus curemus, ut ne quas abire tanto differ, adiri tan-  
dem in discrimine necesse habeamus. Pilularum  
capsulam, quæ me indemnem, inter tot morborum  
contagias totâ astate præstitisti, totam prædem exhaus-  
ti et iterum nunc manum vacuâ obnixè rogo, ut alteram  
subsidio promptè mittas. sed nec mittas tamen, nisi  
additâ impensarum ratione, quæ me obæratum tibi  
agnosco. duplici me dono obstringes, sicut præsentis  
satis feceris, et præteriti libertatem, quo decet pactis  
non procluseris. His ego pilulis cõ præcipue capio  
quod officio probei et jucundè perfuncta, beneficii gra-  
tiam, quod multa solent adstrictâ post se alvo non  
eludant; sed redire ad se natura munia non invi-  
patiantur. Tu si me amas, qui his anni temper-  
tatibus, catarrho identidem solenni afflictus, vacuati-  
tantillâ interrompere mali fluxum non obscure didi-  
quæro, per te valeam. is enim ~~est~~ vñ, qui hoc ipsum  
tibi ex τῆς ἀναθυμιάτος τῆς καρκίνου continuo precari-  
desim. Vale. Hagæ 12. Jan. 1630.

Nisi consali per epistolam gravaris, fac rogo,  
per otium, ut sciam de aceto Sicilitico quid  
sentias, et quid sentire probos eos, ignarosque  
mortales deceat de mirifico ejus præconio  
quod Galeni vestri verbi passim allegari  
video.

Bartheo.

(113).  
Redeunt ad Te tandem versus tui Viri Doctissimo cum  
aliorum versiculis, quas (Bonifacii inquam hos posteros) ta-  
perè cur inanes <sup>non</sup> satis comperit habeo, nisi quod  
adscripta